

stra, plangamus facinora, ut dum nostrum corpus morte deformatur, tunc nostra rutillet animacandore in nocentia. Per eundem Dom. *Secr.*

*Horæ dicuntur ut in Feria V. cum oratione de Laudibus.*

*Vesperæ dicuntur ut infra in Dom. Resurrect. p. 199.*

## VII.

## TEMPORE PASCHALI,

SEU

## VITA GAUDIOSA

B. MARLE V.

*Quæ à Sabbato Sancto usque ad Dominicam primam post Pascecost. recollitur.*

## RESPONSORIA

*dicenda post Lectiones in Dominicis, et in officio feriali tempore paschali.*

*In 1. Noct. Dom. et in Feria II. et V.*

¶ 1. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni: \* Columba mea, ostende mihi faciem tuam, alleluia, alleluia. ¶ Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, et facies tua decora.—Columba.

¶ 2. Revertere, dilecte mi, similibus esto capreae, hinnuloque cervorum super montes Bethel: \* Ostende mihi faciem tuam, alleluia, alleluia.

¶ Nuntiate dilecto meo, quia amore languet.—Ostende.

¶ 3. Surgam, et circuibō civitatem per vicus et plateas quarum quem diligis anima mea: \* Tenui eum, nec dimittam, alleluia, alleluia. ¶ Dilectus meus mihi, et ego illi.—Tenui.—Gloria.—Tenui.

*In II. Noct. Dom. et in Fer. III. et VI.*

¶ 4. Veni de Libano, Sponsa mea, veni de Libano, veni. \* Vulnerasti cor meum in uno oculorum

tuorum, et in uno crine colli tui, alleluia, alleluia. ¶ Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.—Vulnerasti.

¶ 5. Descendi in hortum meum, \* Ut viderem poma convallium, et inspicerem, si florisset vinea, et germinassent mala punica, alleluia, alleluia. ¶ Manè surgamus ad vineas, videamus, si floruit vinea, si flores fructum parturiunt, si floruerunt mala punica.—Ut vider.

¶ 6. Pulchra es, amica mea, suavis et decora, sicut Jerusalem. \* Terribilis, ut castrorum acies ordinata, alleluia, alleluia. ¶ Pulchra, ut luna, electa, ut sol.—Terribilis.—Gloria.—Terribil.

*In III. Noct. et in Fer. IV. et Sabbat.*

¶ 7. Flores apparuerunt in terra nostrā, tempus putationis venit: \* Vox turturis audita est in terra nostrā, alleluia, alleluia. ¶ Surge, propra, columba mea, formosa mea, et veni.—Vox.

¶ 8. Indica mihi, quem diligis anima mea, \* Ubi pascas, ubi eubis in meridie, alleluia, alleluia. ¶ Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.—Ubi.—Gloria.—Ubi

## LECTIONES

DE

## SCRIPTURA

*pro Feriis et pro 1. Noct. Festivum, quæ toto tempore paschali proprias non habuerunt.*

## PRO FERIS II.

De Cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 1. v. 1.

Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino fragrantium unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentula dilexerunt te. Trahe me: post

te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua; exultabimus et lætabimur in te, memores uberum tuorum super vinum: recti diligunt te. Tu. ¶ Surge. p. 196.

## LECTIO 2.

Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem, sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me sol: filii matris meae pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiivi. Indica mihi, quem diligis anima mea, ubi pascas, ubi eubis in meridie, ne vagari incipiam post gregem sodalium tuorum. Tu. ¶ Surge. p. 196.

## LECTIO 3.

Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum, et pascas hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatum meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea. Pulchrae sunt genae tuae: sicut turturis, cololum tuum sicut monilia. Tu. Cant. Te Matrem. p. 5.

## IN FERIS III.

De Cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 1. v. 16.

Mureculas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commemorabitur. Botrus cyprī dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Tu. ¶ Veni de Libano. p. 196.

## LECTIO 2.

Ece tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ece tu pulcher es, dilecte mi, et decorus. Lectulus noster floridus. Tigna domorum nostrorum cedrina, laquearia nostra

cyressina. Ego flos campi, et lilium convallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvarum sic dilectus meus inter filios. Tu. ¶ Pulchra. p. 196.

## LECTIO 3. c. 2. v. 3.

Sub umbrā illius, quem desideraveram, sedi: et fructus ejus dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet. Lava ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Tu. Cant. Te Matrem. p. 5.

## PRO FERIS IV.

De Cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 2. v. 7.

Adjuro vos, filia Jerusalem, per capreas, cervosque camporum, ne suscitetis, neque vigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiens colles. Similis est dilectus meus capreae hinnuloque cervorum. En ipse stat post parietem nostram respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Tu. ¶ Flores. p. 196.

LECTIO 2. c. 4. v. 11.

Favus distillans labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua, et odor vestimentorum tuorum, sicut thuris. Hortus conclusus, sorsor mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissionis tuae paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus, cyprī cum nardo. Nardus et crocus, fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani, myrrhā, et aloë, cum omnibus primis unguentis. Tu. ¶ Indica mihi. p. 196.

## LECTIO 3.

Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. Surge, aquilo, et veni au-

ster, perfla hortum meum, et fluant aromata illius. Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum, soror mea, Sponsa, messui myrrham meam cum aromatis meis: comedi favum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo: comedite, amici, et bibite, et inebriamini, carissimi. Tu. *Cant. Te Matrem. p. 3.*

## PRO FERIS V.

De Cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 5. v. 2. Ego dormio, et cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum, plenum est rore, et cincinnati mei guttis noctium. Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos. Tu. *ij. Surge. p. 196.*

LECTIO 2. Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad lactem ejus. Surrexi, ut aperirem dilecto meo: manus meae stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatisimâ. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo: at ille declinaverat, atque transierat, anima mea liquefacta est, ut locutus est: quasi visillum et non inveni, vocavi et non respondit mihi. Tu. *ij. Surgam. p. 196.*

LECTIO 3. Invenerunt me custodes, qui circumceunt civitatem: percesserunt me, et vulneraverunt me: tulerunt palium meum mihi custodes murorum. Adjuro vos, filia Jerusalem, si inveneritis dilectum meum ut nuntietis ei, quia amore languo. Qualis est dilectus tuus ex

dilecto, ò pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto qua sic adjurasti nos? Tu.

*Cantic. Te Matrem. p. 5.*

## PRO FERIS VI.

De Cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 5. v. 10. Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus. Caput ejus aurum optimum: comae ejus sicut clatae palmarum, nigrae quasi corvus. Oculi ejus sicut columbae super rivulos aquarum, quae lacte sunt lotae, et resident juxta fluentia plenissima. Genae illius sicut areolae aromatum consita à pigmentariis. Labia ejus lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornantes aureae plene hyacinthis. Tu. *ij. Veni de Libano. p. 196.*

## LECTIO 2.

Venter ejus eburneus, distinctus saphyris, crura illius columna marmorea, quae fundatae sunt super basses aureas. Species ejus ut Libani, electus ut Cedri. Guttur illius suavissimum, et totus desiderabilis: talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filia Jerusalem. Quo abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus, et quaeremus eum tecum? Tu. *ij. Pulchra. p. 196.*

## LECTIO 3. c. 6. v. 1.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad aureolam aromatum ut pascatur in hortis, et lilia colligat. Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es, amica mea, suavis, et decora, sicut Jerusalem: terribilis, ut castrorum acies ordinata. Tu.

*Cant. Te Matrem. p. 5.*

## PRO SABBATIS.

De Cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 7. v. 10. Ego dilecto meo, et ad me con-

versio ejus. Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas, videamus, si floruit vinea, si flores fructum parvuriunt, si floruerunt mala punice: ibi dabo tibi ubera mea. Mandragorae dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: nova et vetera, dilecte mi servavi tibi. Tu. *ij. Flores. p. 141.*

## LECTIO 2. c. 8. v. 8.

Soror nostra parva, et ubera non habet: Quid faciemus sorori nostrae in die, quando alloquenda est? Si murus est, aedificemus super eum propugnacula argentea: si ostium, compingamus illud tabulis cedrimis. Ego murus, et ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Tu. *ij. Indica mihi. p. 119.*

## LECTIO 3.

Vinea fuit pacifico in eâ, quae habet populos, tradidit eam custodibus, vir offeri pro fructu ejus mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, et ducenti his, qui custodiunt fructus ejus. Quae habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, et assimilare capreae, hinnuloque cervorum super montes aromatum. Tu.

*Cant. Te Matrem. p. 5.*

Totâ sequenti Hebd. nullus dicitur Hymn. ad villam Horam, nec Capit. sed dicto ave M. et y. Deus in adj. dicitur antiph. deinde P almi, et in eorum fine. y. Haec dies cum Orat.

Ad Matut. dicuntur tres Psalms, qui quotidie assignantur, et deinde Evang. cum Homil. ut de more.

Ad Laud. Vesper. et Complet. post y. Haec dies dicitur ant. ad canticum, quae repetitur in fine, et post eam oratio.

In fine Complet. hujus Sabb. incipitur dicere ant. Reg. caeli latere. quae continuatur usque ad Complet. Sabb. post Pentecost. exclusivè.

Quolibet Festivitas etiâ prima Classis si occurrat sequenti Hebdomadâ transferitur in diem non impeditam post Domin. in albis.

Temp. pasch. in fine ejuslibet ant. y. et h. additur alleluia quae duplicatur in antiph. pro canticis Benedicti. Magnif. et Nunc dimitt. Reliqua prout inferius notantur in proprio loco.

IN DOMINICA  
RESURRECTIONIS.

Duplex 1. Classis.

## IN I. VESPERIS.

Dicto. Ave MARIA cum y. Deus in adj. &c. dicitur sequens.

Ant. Alleluia, alleluia, alleluia. Deinde dicitur.

Psalm. Laudate Dominam nostram omnes gen. p. 43.

Cum Gloria Patri. Et repetitur ant. Alleluia, alleluia, alleluia.

Statim sine Capitul. et sine Hymn. antiph. ad Magnif. Vespere antem Sabbati quae lucescit in prima Sabbati, veni Maria Magdalene, et altera Maria videre sepulchrum, alleluia, alleluia.

## Oremus.

## Oratio.

Spiritus nobis, Domine, exultationis infunde, ut quos cum beatâ Virgine MARIA de Resurrectione Christi laetari concedis, coelestium gaudiorum jam nunc in terris nos facias esse participes. Per eundem Dominum nostrum... in unitate ejusdem Spir.

y. Domine exaudi &c. y. Et cla-

y. Benedicamus Domino, Alleluia, alleluia. y. Deo gratias, alleluia, alleluia.

Et sic dicitur usque ad sequens Sabb inclusive.

Complet. incipitur ut de more, et absque ullâ ant. dicuntur Psalmi de Dom. per totam Hebdom. Pasche. Hymn. Capitul. et g. br. non dicuntur. Ad Nunc dim. ant. Vespere. ut in Vesperis cum oratione propria Completorii. In fine orationis dicitur ant. Reg. cœli lætare. stando toto Temp. pasch.

## AD MATUTIN.

Ave. y. Dom. labia. g. Et os meum. &c. Alleluia.

Invitatorium. Alleluia, Jubilemus Domina Regina nostræ. \* In resurrectione Christi Filii sui, alleluia, alleluia. Ps. Venite exult. &c.

## IN NOCTURNO.

Ant. 1. Ecce Rex tuus, \* Filius tuus surrexit, sicut dixit, alleluia. Psalmi ut in 1. Noct. Domini. p. 2.

2. Adjuvabit eam \* Deus, alleluia, manè diluculo, alleluia.

3. Secundum multitudinem \* dolorum meorum consolationes tuas, Fili mi, lætificaverunt animam meam, alleluia.

y. Surrexit Christus de sepulchro, alleluia.

g. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.

Absol. Exaudi. Bened. Evangelica. Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 20. v. 1. In illo tempore: una Sabbati Maria Magdalene venit manè, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Et reliqua.

Homilia S. Amadei Ep. Lausan.

De laudibus beat. V. Hom. 6. Mæror abiit, gaudii tempus advenit, verum gaudium, quod de Resurrectione Christi provenit. Surrexit enim, et crexit animam Ma-

## Domin. Resurrect.

tris suæ. Jacebat illa velut in quodam arcissimo mæroris tumulo, donec Dominus jacuit in sepulchro. Illo namque resurgente, revixit spiritus ejus, et quasi de gravi sono no vigilans solem justitiæ, et radios resurgentis in luce matutina respexit. Tu.

g. Ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, alleluia: \* Absorta est mors in victoria, alleluia, alleluia. y. Surrexit Filius, et apparuit Matri, alleluia. — Absorta.

## LECTIO 2.

Intuita est ortum surgentis auroræ, et præcedentem in Filio futuram carnis resurrectionem. Pascebat oculis in carne fulgida resurgentis, et mente cernebat gloriam divinitatis, ut intus et foris egrediens, et ingrediens frueretur pasceus veræ sempiternæque felicitatis. Tu.

g. Jam hyems transit, imber abiit, et recessit; \* Surge, propera, columba mea, formosa mea, et veni, allel. allel.

y. Si inveneritis quem diligit anima mea, nuntiate ei, quia amore langueo. — Surge.

## LECTIO 3.

Facta igitur extra se, stique oblitâ præ gaudio, adhesit corde lætissimo Patri spiritum, et conglutinata Deo, in illum tota efferebatur, in cuius amoris immensitate tota refundebatur. Habes ergo, ô Beata! gaudium tuum, impletum est desiderium tuum, et Christus corona capitis tui attulit tibi cœli principatum per gratiam, regnum mundi per misericordiam, inferni subjugationem per vindictam. Tu.

g. Exurge, Domina, et sta in excelsis: \* Circumspice ad orientem, et vide Filium tuum magnâ gloriâ resurgentem, allel. allel. y. Indue te decore, et honore ejus, quæ à Deo tibi est sempiternæ gloriæ. — Cir-

canspicie. — Gloria. — Exurge.

Cantic. Te Matrem. p. 5.

## AD LAUDES.

Ant. 1. Consurge; \* et induere fortitudine tuâ, Virgo MARIA, quia surrexit Filius tuus, alleluia.

2. Angelus Domini \* descendit de cælo, et sedet super lapidem revolutum sepulchri, allel.

3. Aspectus ejus \* sicut fulgur, vestimenta autem ejus sicut nix, alleluia.

4. Pax tibi, \* Mater mea; ego sum, noli timere, allel. allel.

5. Non vocaberis \* ultrâ derelicta nec amplius desolata, allel.

y. Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus et lætemur in eâ.

Ad Benedict. ant. Statim ac revixit \* Christus Matrem suam conivit, ut quæ propriis cæteris socia fuerat passionis, prima omnium socia esset et consolationis, alleluia, allel. allel.

## Oratio.

Deus qui hodiernâ die per Resurrectionem Filii tui afflictum animam ejus Genitricis Sanctissimæ erexisti: concede propitiis, ut corda nostra ita replentur cælesti lætitiâ, ut jam in hoc sæculo futuræ capiamus gaudia vitæ. Per eundem

## VI.

## VIRGO IN RESURR. FILII.

## CANON.

Ex Concilio Nicæno.

An. 325. — Epist. Alexand. Ep. Alexandriæ. Concilior. Tom. 2. pag. 118.

252. Credimus ex mortuis Resurrectionem, ejus primitiæ fuit Dominus noster JESUS-Christus, qui corpus non specie adumbratum, sed verum ex Deiparâ MARIA sumpsit. Tu:

Ad Horas post y. Deus, in adj. dicuntur Psalmi consueti (absque

## Feriâ II. post Pasch.

Symbolo Quicumq. in Prima), et in eorum fine dicitur: Hæc dies, et oratio ut in Laudibus per totam Hebdomadam.

## AD VESPER.

Ant. 1. Quid queritis viventem cum mortuis? Resurrexit, sicut dixit, alleluia. Psalmi de Domini.

2. Ingressæ mulieres \* sepulchrum, non invenerunt ibi corpus Domini, alleluia.

3. Congratulamini mihi \* omnes qui timesitis Deum, quia surrexit Filius meus, et apparuit mihi, alleluia.

4. Inveni, \* quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam, alleluia.

5. Læva ejus \* sub capite meo, alleluia, et dextera illius amplexabitur me, allel. allel.

y. Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, et lætemur in eâ.

Ad Magnific. ant. Et insipientes viderunt revolutum lapidem: erat quippe magnus valde, allel. allel.

## AD COMPLETOR.

y. Convertè. Et av. &c. Allel. dicuntur psalmi de Dom. quibus finit, dicitur Alleluia, allel. allel.

Beidè Cantic. Nunc dimitt. Postea Hæc dies, cum orat. consuetâ usque ad Sabbat.

## FERIÂ II.

## Duplex 1. Classis.

Omnia ut heri, præter sequentia. In Noct. Psalmi tres primi Feriæ

## II. ad Matut. p. 19.

y. Jam hyems transit, allel. g. Imber abiit, et recessit, allel.

Absol. Exaudi. Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 1. c. 20. v. 1.

In illo tempore: Una Sabbati Maria Magdalene venit manè, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Et reliqua.

*De excellentiâ B. V. c. 6.*  
Si aliquis quaerit, cur Evangelistae non referant ipsum piissimum Dominum à morte resurgentem, huic suae dulcissimae Matri, ut ejus doctores misigaret, primò ac praecipuè apparuisse; diomus, quod à quodam sapiente, de hoc ipso sciscitantes, audivimus. At ergo: tanta esse scitur auctoritas narrationis evangelicae, ut nihil inane, nihil superfluum reperitur. Tu. ¶. Ecce vicit. p. 200.

## LECTIO 2.

Itaque si Matri Domini, si Dominae mundi ipse Filius ejus ab inferno resurgens scriberetur, sicut alii cuilibet apparuisse, eamque de sua Resurrectione docuisse, quis non tale scriptum superfluum diceret? Reginarum videlicet caeli et terrae omnisque creaturae coaequaret illi, vel illi, quibus apparuit, viro, aut mulieri. Spiritus ejus in illa planè et perfecte quiescebat, qui sibi et esse illius, et facta ejus omnia luce clarioris revelebat. Tu. ¶. Jam hys transiit. p. 200.

## LECTIO 3.

His ita paucis alicujus forsàn inquisitioni prout accepimus respondis: adhuc aliquid gaudii hujus beatissimae Virginis Matris spectando praè oculis constituramus, non eà spe, ut motum illius in nos in mortalitate viventes perfectè intellectum fore optemus, sed ut inde aliquantum degustando, quà possimus illud devotione veneremur. Sic enim inspectum, et degustatum magnum in ejus amorem anhelantibus solet generare profectum. Tu. ¶. Exurge. p. 200. Te Matrem. p. 3.

Ad Benedict. ant. Sufficit mihi, si JESUS Filius meus vivit: et revixit Spiritus ejus, allel. allel.

## CANON.

Ex S. Bernardino Senensi.

Tom. 3. p. 307.—Serm. 46.  
2. part.

253. Virgo gloriosa stans in contemplatione portabat in sua mente illud secretum Resurrectionis, et Maria Magdalena cum aliis dominabae ignorantes Resurrectionem Christi emerunt aromata et invenerunt ad sepulchrum. Tu.

Ad Magnif. ant. Benedictus Dominus Deus Israel, quia ecce video Filium meum suscitatum à mortuis, allel. allel.

Psalmi ad Laudes, Vesper, et Complet, ut heri per totam hebdomadam.

## FERIA III.

## Duplex 1. Classis.

Psalmi ad Matut. tres primi  
feriae III. ad Matutinum p. 25.  
Reliqua ut heri.

¶. Flores apparuerunt in terra nostra, allel.

¶. Tempus putationis adventi, alleluia.

Absolutio. Ipsius. Bened. Evangelica.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 1. c. 20. v. 1.

In illo tempore: Una Sabbati Maria Magdalena venit manè, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum. Et reliqua.

Homilia S. Petri Paschasii Ep. et Mart.

De Domin. Resurrect. titul. 10.  
n. 253.

Tertia Christi Domini apparitio, quae secundum veritatem omnium antecedentium prima fuit, facta fuit MARLE: sic enim à Sanctis et creditur, et scribitur, quod MARLE suae Matri primùm quàm cuicque alii Filius apparuit. Sed

Evangelistae hanc non scriperunt apparitionem, quia noluerunt, quod Mater de Filii sui Resurrectione testimonium daret. Tu. ¶. Ecce vicit. p. 200.

## LECTIO 2.

Sed quis dubitare potest, quod primùm quàm cæteris Matri apparuerit Christus? Decens enim non esset Filium ita bonum et attentum offendere velle Matrem, alii cuique prius quàm Matri apparendo: praecipuè cum ille esset justus et ipsa justitia: sciendoque quod Mater sua plus de ejus morte et ignominia doluerat, quàm cæteri alii. Tu. ¶. Jam hys. p. 200.

## LECTIO 3.

Cerium est secundum jus et bonam rationem, quòd prius Matri quàm aliis apparuerit, ut illam exhilararet, et dolorem et luctum de ejus morte et amissione consolatione leniret. Sic enim hoc Sanctus affirmat Ambrosius in tertio de Virginibus libro. Tu. ¶. Exurge. p. 200.

Can. Te Matrem. p. 5.

Ad Benedict. ant. Benedict anima mea Domino, et omnia quae intra me sunt nomini sancto ejus, alleluia, allel.

## CANON.

Ex S. Bernardino Senensi.

Ut supra.

254. Beata Mater Dei remansit domi contemplando Christum, et ejus Resurrectionem, et certè apparuit illi ejus Unigenitus Filius, licet Evangelista nihil dicat de hoc. Tu.

Ad Magnif. ant. Manus Domini confortavit te, ideò eris benedicta in aeternum, alleluia, alleluia.

## FERIA IV.

## Semiduplex.

Psalmi in Noct. tres primi Fe-

riae IV ad Matut. p. 31. Reliqua ut in die Paschae.

¶. Tenu cum, alleluia. ¶. Nec dimittam, allel.

Absolut. A vinculis. Benedict. Evangelica.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 1. c. 20. v. 1.

In illo tempore: Una Sabbati Maria Magdalena venit manè, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum. Et reliqua.

Homilia Ven. Ruperti Abbatis.

De divm. officis libr. 7. c. 25.

Quid evangelicae fidei convenientius christiana sodalitas comminisci potuit? Quid pulchrius? Quid venerabilius, quàm gratulari Matri Virgini super Resurrectione Unigeniti, jam non morituri, in cuius passione gladius animam ejus pertransiit. ¶. Ecce vicit. p. 200.

## LECTIO 2.

Pendere gessit christiana devotio, quantus torrens gaudii repente inundans, locumque vulneris replens, animam ejus ferro doloris confossum inebriavit, cum rediit Filius ante omnes fortasse mortales, materno Virginem non defraudans honore, victoriam suam annuntiavit, et dulcia carnis suae vulnera, quam illa veram de carne sua carnem conceptam peperit, deosculanda praebuit. Tu. ¶. Exurge. p. 200.

## LECTIO 3.

Quid ergo? repugnare videbitur Evangelio referenti, quod surgens JESUS primò Mariae Magdalene apparuit? Absit, sed omnibus beatam Virginem Matrem excipimus testibus praedictis, quos solos nominare ad Evangelistas pertinuit, vel quos Christi Resurrectionem annuntiare deceat. Nunquid illam nuntiare decebat, ut verba ejus

BIBLIOTECA CENTRAL

tanquam deliramenta viderentur ante apostolos? Si enim extraneorum verba seminarum visa sunt eis tanquam deliramenta, quomodo non magis Matrem amore filii delirare crederent? Tu. Te Matrem Dei.

*His diebus nulla fit Comm.*

Ad Bened. ant. Ut adventus, ita et resurrectionis gaudium, primae omnium Matri annuntiaturus apparuit, alleluia, alleluia.

## CANON.

Ex S. Bernardino Senensis.

*Ut supra.*

255. Virgini apparuit «Christus» mirabili splendore coruscans, et mirabilius quam apparerit in monte Thabor Petro et Discipulis ejus in Transfiguratione. Tu.

Ad Magnif. ant. Vidit prima Virgo eximiam præstantis Filii pulchritudinem omni specie majorem, alleluia, alleluia.

## FERIA V.

*Semiduplex.*

In Noct. Psalmi tres primi de 1 Noct. Feria V. p. 36.

ŷ. Dextera Domini fecit virtutem, alleluia.

ŷ. Dextera Domini exaltavit me, alleluia.

Absol. Exaudi. Benedict. Evangelica.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 20. v. 1.

In illo tempore: Una Sabbati Maria Magdalene venit manè, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum. Et reliqua.

Homilia D. Georgii Nicomediensis Arch.

In Sanct. Mariam. or. 9.

Divinorum Magistrae ac unguentiferæ beatæ Virgini MARIE primæ Filius resurrectionis caritatem os-

tendit, utque liebat doceri Matrem ac honorari, apparitionis suæ primæ præsentia honorat. Quoniam enim scriptum est apparuisse Magdalene, ita tamen intelligas, ut quod ad Apostolos, aut mulieres alias unguenta offerentes, special. Tu. ŷ. Ecce vici. p. 200.

LECTIO 2.

Sanè etiam Virgo parens ante etiam spirituales angelorum initiationem Nativæ se mysteria perdidit. Supra omnes enim desiderio delagrans, desertansque, ac perseverans, sola prima quoque condigna recipit munera. Par quippe erat, ut omnium prima mundi totius acciperet gaudium, quæ ejus nobis tanta lætitiæ plenitudinis causa extitisset: cui sola arcana credita essent, quæ innumerabiles passionis perpessa esset gladios. Tu. ŷ. Exurge, p. 200.

LECTIO 3.

Par erat, ut quæ sola trisium Filio socia fuisset, sola quoque prior omnibus voluptatem illam perciperet. Enim verò quisnam animus tantam illam, quam suscepit, Domine, tuam gloriam conjicere valeat? Quoniam verò intellectualis natura immensam illam pulchritudinem, quam velut Matri tunc revelasti, intellectu perspicat? O quantà ei lætitiâ apparuisti! Tu. Te Matrem. p. 5.

Ad Benedict. ant. Non obliviscar tui, Jerusalem, sed proponam te in principio lætitiæ meæ, alleluia, alleluia.

## CANON.

Ex D. Thomæ Archiep. Valentini. Dom. Resurrect. Conc. 3. n. 4.

256. Non dubium est, Christum in specie gloriosâ apparuisse Matri, sicut ostensus est in monte Thabor, et forsitan ei divinitatem etiam ostendisse. Tu.

Ad Magnif. ant. Eduxit me Do-

minus de lacu miseriæ, et de abyssu tribulationis, allel. allel. Tu. ŷ. Exurge. p. 200.

## FERIA VI.

*Semiduplex.*

Psalm. in Noct. tres primi Fer. VI. ad Mat. p. 42.

ŷ. Expectans expectavi Dominum, alleluia.

ŷ. Et intendit mihi, alleluia.

Absol. Ipsius. Bened. Evangelica, Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 20. v. 1.

In illo tempore: una sabbati Maria Magdalene venit manè cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis.

De Resurr. Christi art. 1. c. 1.

Quia de sacræ Matris consolatione post Resurrectionem nihil evangelica testatur Historia, non propterea credendum est, quod benignissimus JESUS fons consolationis et gratiæ, qui cæteros iam studuit consolari, oblitus sit Matris, quam solam novæ mortis suæ amaritudinem plenissime degustasse. Placuit tamen providentiæ Dei de hoc per evangelicos apices nihil reserari, et maxime propter tria: Primò propter firmitatem; secundò propter infidelitatem; tertio propter sublimitatem. Tu. ŷ. Ecce vic. p. 200.

LECTIO 2.

Primò propter firmitatem: tantà enim firmitate certissima constabat Virgini Matri de Resurrectione Filii sui, ut nec per minimum dubitationis motum circa hoc fuerit impulsata: quod quidem facile fuit, credere ex hoc quod per singularissimam gratiam electa fuerit, ut Mater Christi Dei esset, et Regina angelorum, et Domina universi. Propterea ipso silentio scripturarum melius ostenditur, hoc debere teneri, ut omninò indubitabile;

quàm fieret quacumque Scripturâ. Tu. ŷ. Exurge. p. 200.

## LECTIO 3.

Secundò autem factum est propter infidelitatem. Quia enim Spiritui Sancto cura erat per Scripturas evangelicas illas apparitiones describere, quæ carnalibus hominibus possent de Resurrectione Christi fidedignum testimonium perhibere, et maternus affectus in eorum oculis minueret veritatem; ideò nulla scripta est apparitio de Matris testimonio. Tertio quoque factum est propter sublimitatem. Post Resurrectionem enim Christi nihil de Matre, et etiam ante pauca per Evangelium reserantur, quia apparitiones Christi exhibitæ Matri, et familiaria inter ejus colloquia, atque amoris sublimia signa in tantum debuissent esse super intellectualissima, sublimissima, atque ineffabilissima, quòd nec poterint ab inferioribus dici, vel sciri, nisi cum tantà diminutione suâ, quòd eas dicere esset nobis excessum illarum quodam modo denigrare. Tu. Te Matrem. p. 5.

Ad Bened. ant. Exurrexerunt Mater mea, alleluia, et adhuc sum tecum, alleluia.

## CANON.

Ex D. Thomæ Archiep. Valentini. Dom. Resurr. Conc. 1. n. 6.

257. Post mortem Pastoris grex apostolorum dispersus iterum congregatur ad Virginem: et non sine magno pudore redeunt ad Matrem, qui Filium derelinquerant. Tu.

Ad Magnif. ant. Tennisti me dextera tuâ, et in gloriâ tuâ suscepisti me, alleluia allel.

## SABBATO IN ALBIS.

*Semiduplex.*

Psalmi in Noct. tres primi Sabbat. ad Mat. p. 47.

BIBLIOTECA CENTRAL  
D. J. VAN L.

*Infra Hebdom. Pasch.*  
 7. Slatuit super petram pedes  
 meos, alleluia. 8. El direxit gres-  
 sus meos, allel.

*Absolutio.* A vinculis.  
 Lectio Sancti Evangelii secundum  
 Joannem.

LECTIO 1. c. 20. v. 1.  
 In illo tempore: Una Sabbati Ma-  
 ria Magdalene, venit manē cum  
 adhuc tenebræ essent, ad monu-  
 mentum. Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.  
 Conc. 2. in *Domini Resurrec.*  
 Postquam igitur Dominus surre-  
 xit, statim ut dignum erat, Ma-  
 trem suam Virginem visitavit. Cer-  
 tum quod Deus fecerit cum Vir-  
 gine, id quod fecerunt Prophætæ  
 cum matribus mortuorum, quarum  
 resuscitando proles, statim illis  
 offerebant. Sic Elias, Eliseus, sic  
 Christus fecit cum Viduâ Naim.  
 Tu. 8. Ecce vicil. p. 200.

LECTIO 2.  
 Erat enim illa, etsi præteritæ pas-  
 sionis angustia mæsta, tamen fu-  
 tura resurrectionis certa fiducia.  
 Totaque pervigil nocte illā in ora-  
 tione matutina lucem expectabat,  
 clamans cum Prophætâ: Exurge,  
 gloria mea, exurge psalterium et  
 cithara. Tu. 8. Exurge. p. 200.

LECTIO 3.  
 Exurge, fili mi, Deus meus, et  
 amor meus. Totaque fervens Spi-  
 ritu, et perfusa gaudio, appropin-  
 quante aurorâ, Filii sui et Dei  
 sui expectabat adventum. Quis di-  
 cere poterit motus ejus cœlestis et  
 flagrantissima desideria? Quis men-  
 tis illius altitudinem et profundita-  
 tem valeat cognoscere? Tu. Te  
 Matrem. p. 5.

*Ad Bened. ant.* Videte manus  
 meas, et pedes meos, quia ego  
 ipse sum, alleluia, alleluia.

CANON.

Ex D. Thomæ Arch. Valentini.

*Resurr. Dom. Conc. 1.*  
 238. Non fuit Virgo sacra, si-  
 cut cætera mulieres vel apostoli:  
 habuit enim illa fidem et cogniti-  
 onem, et certitudinem, et notitiam  
 Sacramentorum Resurrectionis. Tu.

AD VESPER.

*Officium fit Duplex.*

*Ant.* Alleluia, alleluia, alleluia.  
*Psalmi de Vesp. Sabbati p. 50.*

CAPITULUM. Rom. 6. 9.  
 Christus resurgens à mortuis jam  
 non moritur: mors illi ultrâ non do-  
 minabitur.

HYMNUS 54. *Brev. Rom.*  
 Rex sempiternæ cœlitum,  
 Rerum creator omnium,  
 Equalis ante sæcula  
 Semp̄ Parenti Filius.  
 Qui natus olim è Virgine,  
 Nunc è sepulchro nasceris,  
 Tecumque nos à mortuis  
 Jubes sepultos surgere.

Ut sit perenne mentibus  
 Paschale, JESU, gaudium,  
 A morte dirâ criminum  
 Vitæ renatos libera.

JESU tibi sit gloria,  
 Surgendo qui de mortuis  
 Apparuisi Virgini  
 Matri tuæ, per sæcula. Amen.

*Hæc Dox. dicitur toto temp. pasch.*  
 7. Egressa es in salutem populi  
 tui, alleluia.

8. In salutem cum Christo tuo,  
 alleluia.  
*Ad Magnif. ant.* Stetit JESUS in  
 medio Discipulorum suorum, et  
 dixit eis: pax vobis: ego sum, alle-  
 luia, alleluia.

*Oratio de Laudibus.*

7. Benedicamus Domino, allel.  
 alleluia.

8. Deo gratias, alleluia, allel.  
*Diriceps dicitur sine allel.*

*Completor. dicitur hodie in Psal-*  
*ter. in Sabbato. p. 52*

DOMIN. IN ALBIS.

*Duplex.*

*Omnia non propria, ut in Psalter.*  
*pro temp. pasch.*  
 AD MATUTIN.

*Incitator.* Congratulamini Virgi-  
 ni Matri, allel.: In Resurrectione  
 JESU—Christi Filii sui, allel. allel.

HYMNUS 55.

Christum sepulchro jam dies  
 Clausum tenebat tertiam,  
 Cum morte surgens induit  
 Victor decorem gloria.  
 Stipante turbâ protinus  
 Matrem revisit anxiam,  
 Terisique vultu lacrymis  
 Eterna confert gaudia.

O blanda prolis oscula!  
 O Matris amplexus sacros!  
 Quam prima latè tœdia  
 Compensat omnia gaudium!  
 Omnis salutat Virginem  
 Cohors redempta tartaro:  
 Unaque Matri ac Vindicti  
 Grates rependit debitas.

JESU, tibi sit gloria,  
 Surgendo qui de mortuis  
 Apparuisi Virgini  
 Matri tuæ, per sæcula. Amen.

*Tempor. paschali Psalmi in No-*  
*tarnis dicitur sub und antiphona,*  
*sub cubis sine additur, ut dictum est,*  
*Alleluia.*

IN I. NOCT.

De Canticis canticorum.

LECTIO 1. c. 2. v. 10.  
 En dilectus meus loquitur mihi:  
 surge, propera, amica mea, colum-  
 ba mea, formosa mea, et veni. Jam  
 hyems transit, imber abiit et ter-  
 cessit. Flores apparuerunt in terrâ  
 nostrâ, tempus putationis advent:  
 vox turturis audita est in terrâ nos-  
 trâ. Tu. 8. Surge, amica. p. 196.

LECTIO 2.  
 Ficus protulit grossos suos: vineæ  
 florentes dederunt odorem suum.  
 Surge, amica mea, speciosa mea et

veni: columba mea in foraminibus  
 petrae, in cavernâ maceræ, oslen-  
 de mihi faciem tuam, sonet vox tua  
 in auribus meis: vox enim tua dul-  
 cis, et facies tua decora. Tu. 8. Re-  
 vertere. p. 196.

LECTIO 3.

Capite nobis vulpes parvulas, quæ  
 demoluntur vineas: nam vinea  
 nostra floruit. Dilectus meus mihi,  
 et ego illi, qui pascebat inter lilia,  
 donec aspiret dies et inclinentur  
 umbra. Revertere: similis es  
 dilecte mi, capreae hiruolque ce-  
 vorum super montes Bethel. Tu.  
 8. Surgam. p. 196.

IN II. NOCT.

Sermo S. Amadei Ep. Laus.  
*De Laudibus B. V. M. Hom. 6.*

LECTIO 4.

Gaude, et lætare, quia surrexit  
 susceptor tuus, gloria tua, et ex-  
 ultans caput tuum. Propterea vocat  
 te: amica mea per conjunctionem;  
 columba mea per unionem: formo-  
 sa mea per decus et compositionem.  
 Surge de mœrore, de afflictione, de  
 humiliatione, et pulvere, quæ do-  
 loris indicia sunt: propera, tolle  
 moras, onus exente, gravitatem  
 exue, levitatem indue, cursum ar-  
 rripe, volatum assume et veni. Tu.  
 8. Veni de Libano. p. 196.

LECTIO 5.

Veni, ut possideas gloria: Dei,  
 primitias Resurrectionis primoge-  
 niti ex mortuis. Jam hyems transi-  
 sit, quæ Petrus torpens negavit,  
 quæ corda Judæorum congelata ex-  
 tinxere sibi solem justitiæ prunis  
 voluptatum suarum succensit. Tu.  
 8. Descendi. p. 196.

LECTIO 6.

Imber abiit et recessit, imber tur-  
 bidus, lutulentus, minus, mixtus  
 nive et grandine, abiit et recessit.  
 Abiit quoque imber, quæ area gen-  
 tilitium, et vellus Judaici populi ex-

ruit excarici. Flores apparuerunt in terrâ nostrâ, flores utique beatorum Spirituum, et angelorum alternatim venientium, et locum odore suavisimo spargentium, ubi positus Dominus Tu. g. Pulchra. p. 196.

## IN III. NOCT.

Lectio Saneli Evangelii secundum Matthæum.

## LECTIO 7. c. 28. v. 1.

In illo tempore: vespere sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalena, et altera Maria videre sepulchrum. Et reliqua.

Homilia S. Petri Chrysologi.

Serm. 74. de Resurrect.

Venit Maria. Hoc nomen Matris est Christi, venit ergo Mater in nomine, venit mulier, et fieret mater viventium, quæ facta fuerat morientium Mater, ut quod scriptum est, impleteretur. Hæc est mater omnium viventium. Venit Maria, et altera Maria. Non dixit: venerunt, sed, venit: sub uno nomine venerunt duæ mysterio, non casu. Venit Maria, et altera Maria. Venit ipsa, sed altera: altera, sed ipsa, ut mulier mutaretur vitâ, non nomine, virtute, non sexu, et fieret Resurrectionis nuntia, quæ internumtia et lapsus extiterat, et ruinæ. Tu. g. Flores. p. 196.

## LECTIO 8.

Præcedunt apostolos ad ministerium feminæ, quæ sexu viros, ordine discipulos sequuntur: sed non hinc faciunt apostolos seigniores, quæ non feminarum formas, sed Ecclesiarum tyrum deferunt dominicum ad sepulchrum. Maria, et Maria, sic altera, ut ipsa: ipsa ut altera, altera ipsa Maria, MARIA Mater Christi: unum nomen duas geminatur in feminas, quia hæc Ecclesia ex duobus populis veniens una figuratur: ex duobus populis,

id est ex gentibus, et iudeis, quia primi novissimi, et novissimi primi. Tu. g. Indica mihi. p. 196.

## LECTIO 9.

Venit Maria ad sepulchrum, venit ad Resurrectionis iterum, venit ad vitæ partum: ut iterum Christus ex sepulchro nasceretur fidei, qui carnis fuerat generatus ex ventre: et eum, quem clausa virginitas vitam protulerat ad præsentem, clausum sepulchrum ad vitam redderet sempiternam. Divinitatis insigne est clausam Virginitatem reliquisse post partum: de sepulchro clauso exisse cum corpore, est divinitatis insigne. Tu. g. Te Matrem. p. 5.

## AD LAUDES.

## CAPITULUM. Rom. 69.

Christus resurgens à mortuis jam non moritur: mors illi ultra non dominabitur.

## HYMNUS 55.

Aurora cælum purpurat,  
Eter resultat laudibus:  
Mundus triumphans jubilat,  
Horrens avernus infremit.

Rex ille dum fortissimus  
Parentis afflicta memor,  
Sinus amoris explicans  
Sese fruendam præbuit.

Quem copiosis imbribus  
Lugebat ante mortuum  
Victor triumphat et suo  
Mortem sepulchro funerat.

Sat funeri, sat lacrymis,  
Sat est datum doloribus:  
Absorta Virgo plenus  
Nati polire gaudis.

JESU, tibi sit gloria,  
Surgendo qui de mortuis  
Apparuiti Virgini

Matri tuæ, per sæcula. Amen.  
y. Regina cœli lactare, alleluia.  
g. Quia surrexit Filius tuus,  
alleluia.

Ad Benedict. ant. Ardens est cor

meum, desidero videre Dominum  
Filium meum, alleluia, alleluia.  
Oremus. Oratio.

In mentibus nostris, quæsumus,  
Domine, veræ fidei sacramenta confirma, ut qui conceptum de Virgine Deum verum et hominem confitemur, per ejus salutiferæ Resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur pervenire lætitiæ. Per eundem Dom.

## XII.

CULTUS DEIPARÆ SS. TRIBUTUS.

## 1. In Effigiebus.

## CANON.

Ex Concilio Nicæno Secundo.  
An. 787. act. 7.—Concil. T. 19.  
pag. 606.

238. Simul acclamavimus, veritatemque prædicavimus, omnimodis videlicet recipiendas venerabiles Imagines Domini nostri JESU-Christi..... atque intemeratæ Dominae nostræ Sanctæ Dei Genitricis, Sanctorumque Angelorum (...) una cum omnibus Sanctis. Tu.  
*Horæ dicuntur ut in Psalterio notatur per tempore paschali.*

In hys. brevis Horarum tam in officio de tempore, quàm de Festis adduntur Alleluia, hoc modo.

y. br. Virgo Mater Dei vivi, miserere nobis. Alleluia, allel. Virgo. y. Quæ in Resurrectione Filii tui lætata fuisti.—Allel. allel.—Gloria.—Virgo y. Memento nostri, Domina, allel. g. In beneplacito tuo, alleluia.

Et sic in albis hys. brev.

## AD VESPERAS.

Capitul. Christus res. Utin Laud.

HYMNUS 56. Brev. Bisuntin.

Quem casta Mater in sacro  
Sinu tulisti Filius,  
Magnâ coruscans gloria  
Vicio resurgit funere.  
Quem spula, spinas, verbera,

Quem ferre pro nobis crucem,  
Quem morte raptum videras,  
Tibi triumphans redditur.

JESU, tibi sit gloria,  
Surgendo qui de mortuis  
Apparuiti Virgini  
Matri tuæ, per sæcula. Amen.  
y. Gaude, et lactare, Virgo MARIA, alleluia.

g. Quia surrexit Dominus verè,  
allel. Domia.

Ad Magnific. ant. Surge, amica mea, allel. allel.

Orat de Laudib.

## CANONES

Post Dominic. in Albis.

## FERIA II.

Ex Concilio Nicæno secundo.  
Ut supr. p. 609.

259. Veraciter et incunctanter esse coram Deo acceptum et beneplacitum constat, imaginæ formationes Domini nostri JESU-Christi, et intemeratæ Dei Genitricis semperque Virginis MARIE, ac honorabilium angelorum et omnium Sanctorum adorari et osculari, et quisquis sic se non habuerit... hunc anathematizat sancta nostra et universalis Synodus. Tu.

## FERIA III.

Ex Concilio Nicæno Secundo.  
Ut supr. p. 648. act. 8.

In Sermone, laudator, in fine Concilii 260. Decet Dei Genitricis Matris Christi, qui se desponsavit, imaginem tuis sacratissimis parietibus factam in picturâ et musivorum opere ferre: quatenus gratia, quæ tibi per hanc illuxit, pacitâ predicatione communiter cunctis populis prædicetur. Tu.

## FERIA IV.

Ex Concilio Nicæno secundo.  
Act. 1. an. 787.—Verba Theod. Ep. Amorû.—Conc. T. 18. p. 259.

261. Approbo, suscipio, saluto,

et veneror... Imaginem Sanctæ Matris Virginis, cuius etiã auxili-um, protectionem et intercessionem nocte dieque, ut peccatori mihi subveniat, invoco, ut que eam potestatem habet ab illo, quem in mundum edidit, Christo Deo nostro. Tu.

## FERIA. V.

Ex Concilio Nicæno secundo.

*Idem ibid. ut supra.*

262. Probo similiter, quæ à primordio receptæ traduntur Imagines principio JESU-Christi et Sanctæ Deiparæ Virginis, sive ex auro, sive ex argenteo, sive colorum ductibus, sive quacunque materiâ exprimentur. Tu.

## FERIA VI.

Ex Concilio Constantinopolitano Quarto.

An. 870. *act. 10. can. 3.—T. 22. p. 629.*

263. Intemeralæ Genitricis Dei effigiem, sanctorumque angelorum.... ac Sanctorum omnium veneramur et colimus. Qui aliter sentiunt, anathemate sunt. Tu.

## SABBATO.

Ex Concilio Budensi.

An. 1279.—*Cap. 13.—Labb. Tom. 7. col. 794.*

264. Snaudemus, ut quotiescumque Clericos contingerit simul vel singulariter comedere ante altare, seu figuram Beatæ Virginis, et maxime cum pro divinis officiis intrant chorum, inclinent capita sua, de-positis pileis reverentè. Tu.

## DOM. II. POST PASCHAM.

*Semiduplex.*

*Omnia ut in Dom. in Albis p. 207.*

## IN I. NOCT.

De Cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 3. v. 1.

In lectulo meo per noctes quæsi- quem diligit anima mea : quæsi

illum et non inveni. Surgam et circubio civilitatem: per vios et pla-teas quæram quem diligit anima mea: quæsi- illum et non inveni: invenerunt me vigiles, qui custo-diant civitatem: num quem diligit anima mea vidisti? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem di-gigit anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris mee, in cubicu- lum genitricis mee. Tu. *ÿ. Surge. p. 196.*

## LECTIO 2.

Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas, cervosque camporum, ne suscitelis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatis mirrhæ, et thuris, et universi pulveris pigmentarii? En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: Omnes tenentis gladios, et ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Tu. *ÿ. Revertere. p. 196.*

## LECTIO 3.

Periculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani: columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: mediâ charitate constravit propter filias Jerusalem. Egreddimini, et videte filie Sion, regem Salomonem in diademate, qui coronavit eum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus. Tu. *ÿ. Surgam. p. 196.*

## IN II. NOCT.

Sermo S. Petri Damiani Ep.

*In Assumptione B. M. V.*

## LECTIO 4.

In hujus sæculi vanitates omnes vel descendere, vel cadere cognoscuntur, rarissime qui non descendat vel cadat in hujus turbulentissimæ

Homilia D. Georgii Nicomedien-sis Arch.

## Orat. 9. in S. Mariam.

Vide sanè MARIE Virginis majorem cogitatu clarissimam sinceramque prudentiam, ut neque unguenta ferentibus feminis, neque Apostolis hæc ipsa per se prius annuntia-verit; sed ut magis ex visu cer-tiores faceret, firmiorem veritatem tenere concesserit. Sic enim sapienter admodum in toto se economice gessit negotio, ut non per eam essent primæ notiones, sed ut ipsa quoque peteret ex Deo, isque, eâ mediatrice, amicis, ac quibus congruum esset, traderet. Tu. *ÿ. Flores. p. 196.*

## LECTIO 5.

Virgula fumi recta est, subtilis, odorifera, et quanto magis in aræa extenditur, tanto amplius dilatur. Sic et Angelorum Regina recta est in sublimitate conversationis, subtilis in Deitatis contemplatione, odorifera in virtutum opinione, angusta in temporalibus, in spiri-tualibus dilatata. Sequitur: ex aroma-tibus myrræ et thuris. In myrrhâ abstinentiam, in thure devotionem intellige. Tu. *ÿ. Descendi. p. 196.*

## LECTIO 6.

Hæc sunt duo quæ totam virginali substantiam circumdedere virtute, continentia scilicet, et devotione, quorum alterum carnem, alterum mentem, ut caro purissima, mens purissima Genitricem Domini singulariter consecrarent. Universus etiã pulvis pigmentarius in Virgine conjunctus est, quia in eâ virtutum conventus reverentium sibi thalamum consecravit, et si cæteris per partes Spiritus affluit, MARIE tamen tota plenitudo gratiæ supervenit. Tu. *ÿ. Polchra. p. 196.*

## IN III. NOCT.

LECTIO S. Evangelii secundum Marcum.

LECTIO 7. c. 16. v. 1.

In illo tempore: cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent JESUM. Et reliqua.

*Ad Benedict. ant.* Quis revolvat nobis lapidem? Et invenerunt lapidem sepulchri revolutum ab ostio monumenti, alleluia, alleluia.

Oremus.

*Oratio.*

Omnipotens sempiternæ Deus, infirmitem nostram propitius respice, ut qui in sanctissimæ Genitri-



cis tua intercessione confidimus,  
tuâ semper protectione muniamur.  
Qui vivis et regnas.

## CANON.

Ex Concilio Tridentino.  
An. 1563. Sess. 23.

265. Mandat Sancta Synodus...  
Imagines Christi, Deiparæ Virgi-  
nis, et aliorum Sanctorum in tem-  
plis præsertim habendas et refinen-  
das, eisque debitum honorem et ve-  
nerationem impertiendam. Tu.

Ad Magnific. ant. Inveni quem  
diligis anima mea: tenni eum, nec  
dimittam, alleluia, alleluia.

## CANONES

Infra Hebr. 2. post Pasch.

## FERIA II.

Ex Decreto Sacrorum Rituum Con-  
gregationis.

21. Mart. 1774 in Bergom.—  
Tabu. 1169.

266. Permitti potest, ut statua  
Beatæ MARLE Virginis velo nigro  
circumdatur in nocte Feriæ quintæ  
in cœnâ Domini cum JESU Domino  
Filio mortuo in gremio deposito,  
in Ecclesiâ exponatur, et sequenti  
Feriâ sextâ in mane processionali-  
tèr cum pluvialibus nigris defera-  
tur. Tu.

## FERIA III.

Ex Decreto Sacrorum Rituum  
Congregationis.

22. august. 1744. in Ripana. Mar.  
671.

267. In Processionibus cum sa-  
crâ Imagine Beatæ MARLE Virgi-  
nis Officiales Confraternitatis de-  
bent incedere à latere statuæ. Tu.

## FERIA IV.

Ex Decreto Sacr. Rituum Congreg.  
21. Julii. 1789. In Canariens. Mar.  
760.

268. Imago Beatæ MARLE Vir-  
ginis ibrificanda tantum est dupli-  
ci ductu. Tu.

## FERIA V.

2. In Officio Ecclesiastico.

§ 1. Officio parvo.

Ex Statuto Capituli Ecclesiæ Seno-  
giensis.

An 1198.—Martene. Tom. 1. col.  
1019.

269. Cum in Ecclesiâ nostrâ...  
Horarum gloriosæ Dei Genitricis  
ac perpetuæ Virginis MARLE assi-  
dæ canendarum institutio vel con-  
suetudo nequaquam haberetur;  
nos... diligenter decrevimus, per  
quodidianam illarum celebrationem  
institutum divinatorum laborem offi-  
ciorum augmentare. Tu.

## FERIA VI.

Ex statutis Ecclesiæ Rothomagensis.  
edit. ann. 1361. Mart. T. 9. n. 5.

270. Horæ Beatæ MARLE Ro-  
thomagensis Ecclesiæ Domine et  
Patronæ, quæ statim nullo medio  
intervallo post communes horas  
celebrantur de antiquâ consuetu-  
dine, de qua hominum memoria  
non existit, ad honorem Dei et Bea-  
tæ MARLE Virginis sunt inibi or-  
dinatæ. Tu.

## SABBATO.

Ex Statutis Ecclesiæ Rothomagensis.  
Ut supra col. 1533.

271. Statuimus, quod omnes  
Capellani et Clerici in horis Beatæ  
MARLE officiendo, ut in aliis in-  
teresse teneantur, et si in eisdem,  
sicut in aliis non intersint, illic eam-  
dem penam incurrant, quam incur-  
rerent, si aliis principalibus Horis  
non adessent. Tu.

## DOM. III. POST PASCH.

## Semiduplex.

Omnia ut in Dom. in Albis p. 207.

## IN I. NOCT.

De Cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 4. v. 1.

Quàm pulchra es, amica mea! Quàm  
pulchra es! Oculi tui columbarum

absque eo quod intrinsecus latet.  
Capilli tui sicut greges caprarum,  
quæ ascenderunt de monte Ga-  
laad. Dentes tui sicut greges ton-  
sarum, quæ ascenderunt de la-  
vacro, omnes gemellis fetibus, et  
sterilis non est inter eas. Sicut  
vitta coccinea labia tua, et eloquium  
tuum dulce. Sicut fragmen mali  
punice ita genæ tuæ, absque eo,  
quod intrinsecus latet. Tu. §. Sur-  
ge. p. 196.

## LECTIO 2.

Sicut turris David collum tuum,  
quæ edificata est cum propugna-  
culis: mille clypei pendunt ex eâ,  
omnis armatura fortium. Duo ubera  
tua, sicut duo hinnuli capræ ge-  
melli, qui pascuntur in liliis. Donec  
aspiret dies, et inclinentur umbræ,  
vadam ad montem myrrhæ, et ad  
collem thuris. Tota pulchra es,  
amica mea, et macula non est in te.  
Tu. §. Revertere. p. 196.

## LECTIO 3.

Veni de Libano, sponsa mea, veni  
de Libano, veni: coronaberis de  
capite Amanæ, de vertice Sanir, et  
Hermom, de cubilibus leontum, de  
montibus pardorum. Vulnerasti cor  
meum, soror mea, sponsa, vulne-  
rasti cor meum in uno oculorum  
tuorum, et in uno crine colli tui.  
Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ,  
soror mea, Sponsa! Pulchriora sunt  
ubera tua vino, et odor unguento-  
rum tuorum super omnia aromata.  
Tu. §. Surgam. p. 196.

## IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni, Ep.

In Bibliâ Mariand. LECT. 4.

Beata Virgo est turris munitissima  
in se, et in aliis. Sicut turris David  
collum tuum, quæ edificata est cum  
propugnaculis. Mille clypei pen-  
dent ex eâ. Ibi quisque inveniet de-  
fensionem contra malum suum. Ibi  
pendet clypeus castitatis contra lu-

xuriam: humilitatis contra super-  
biam: charitatis contra invidiam,  
largitatis contra avaritiam. Omnis  
armatura fortium in ipsâ. Tu. §.  
Veni de Libano. p. 196.

## LECTIO 3.

Item ipsa beata Virgo est quam  
tota Trinitas multiplici nomine ad  
se venire invitavit. Tota pulchra es,  
amica mea, immunis etiâ à ven-  
niali peccato, et ideo macula non  
est in te. Veni de Libano, sponsa  
mea, veni de Libano, veni. Ter di-  
cit: veni, propter fidem Trinitatis.  
Tu. §. Descendi. p. 196.

## LECTIO 6.

Nota, quod multum dilecta Regis  
multiplici nomine solet à diligente  
appellari. Sic beatissima Virgo à  
Deo vocatur amica, columba, di-  
lecta, speciosa, formosa, soror, im-  
maculata, perfecta, electa, Suna-  
mitis, filia. Diversitatem horum  
nominum nota, et gloriosæ Virginis  
adapta. Tu. §. Pulchra. p. 196.

## IN III. NOCT.

Lectio Santi Evangelii secundum  
Lucam.

LECTIO 7. c. 24. v. 38.

In illo tempore: dixit JESUS disci-  
pulis suis: Quid turbati estis, et  
cogitationes ascendunt in corda vestra?  
Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.  
Libr. de Assumptione—Inter ejus  
opera.

Caro enim JESU caro est MARLE  
et multo specialius quàm Joseph,  
Judæ, cæterorumque fratrum ejus,  
quibus dicebat: frater enim et caro  
nostra est. Caro enim Christi,  
quamvis gloria Resurrectionis fue-  
rit magnificata, et potentèr super  
omnes cælos ascensione glorificata,  
eadem tamen carnis mansit, et ma-  
net natura, quæ suscepta est de  
MARIA. Ipse enim est, qui concep-  
tus, genitus, atque à mortuis su-

BIBLIOTECA CENTRAL  
U. A. N. L.

scitatus est per gloriam Patris, sicut profecto ipse testatur post Resurrectionem, quando apostolus dicit: videte manus meas et pedes meos, quia ego ipse sum. Tu. §. Flores. p. 196.

## LECTIO 8.

Quid enim est: ego ipse sum: nisi quia alter non sum, quàm qui tunc eram, quando passus sum? Et hoc siquidem cognoscere potestis, qui in manibus et pedibus meis clavorum signa clarè videtis. Ipse ergo, idemque celos ascendit, et carnem, quam de Matre suscepit, super astra transivit, honorans omnem humanam naturam, sed nullò magis maternam. Tu. §. Indica mihi. p. 196.

## LECTIO 9.

Si igitur natura matris est filius, conveniens est, ut sit et filii mater, non quantum pertinet ad æquam administrationem, sed quantum pertinet ad eandem reciprocã substantiam, ut homo de homine, caro de carne, mater de filio, filius à matre, non ad unitatem personæ, sed ad unitatem corporalis naturæ, et substantiæ: Si enim unitatem potest facere gratia sine proprietate specialis naturæ, quãtò magis tibi gratiæ unitas, et corporis est specialis nativitas. Tu. §. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Ego ipse sum: videte manus meas, et pedes meos, alleluia, alleluia.

Oremus. Oratio.

Voces nostras, quasumus, Domine, clementer exaudi, ut dum misericordiam tuam per Unigenitum tui Genitricem sanctissimam imploramus, in conspectu tuo veniam invenire possimus. Per eund. Dom.

## CANON.

Ex Statutis Synodalibus Ecclesiæ Suesionensis.

Apud Marten. T. 9. col. 1540.

272. Ad Horas Beatæ MARLE dicatur tertius versus, «MARIA Mater gratiæ, Mater misericordiæ» et dicatur cum omni devotione, non in surgendo, et calcando, nec synopando. Tu.

Ad Magnific. ant. Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis, alleluia, alleluia.

## CANONES

Infra Hebdom. 3. pos Pasch.

## FERIA II.

Ex Statutis Synodalibus Ecclesiæ Aurielianiensis.

Apud Mart. T. 7. col. 1277.

273. Ad Horas Beatæ MARLE Virginis semper dicatur tertius versus, «MARIA Mater gratiæ» et cantetur cum nota in Ecclesiâ, quando cantatur cum notâ in Ecclesiâ Aurielianiensi, et cum devotione, non in surgendo et calcando. Tu.

## FERIA III.

Ex Statutis Synodalibus Ecclesiæ Cameracensis.

Apud Marten. T. 7. col. 1297.

274. Statuimus, quod Acolithus Horas gloriôsæ Virginis quotidie dicat. Tu.

## FERIA IV.

Ex Statutis Synodalibus Ecclesiæ Cameracensis.

ut supra.

275. Statuimus, quòd existens in sacris ordinibus, sive sit beneficiatus, sive non, horas canonicas videlicet de die, et Beatæ MARLE Virginis dicere quotidie non omitlat. Tu.

## FERIA V.

Ex Concilio Andegavensi. An. 1365. cap. 13.—Labb. T. 7. col. 1776.

276. Approbante Concilio, statuimus, quòd in singulis Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, Regularibus, Collegiatis, matutinae et

aliæ horæ de Beatâ MARIA singulis diebus solemniter decantentur: nisi aliàs Officium essent de Beatâ MARIA, vel aliis majoribus Festis anni, vel in adventu Domini, et ad hoc omnes volumus adstringi sub præcepto. Tu.

## FERIA VI.

Ex S. Pio Papâ Quinto.

Const. Superm. 167.—an. 1571.—Bull. 14. T. 4. p. 3. p. 155.

277. Omnes et singulos qui Beatæ MARLE Officium dicere, psallere, et recitare tenentur, ex hujus nostri Romani Officii præscripto, et ratione ad id omnino obligatos esse, et neminem muneris suo nisi hæc formâ satisfacere posse. Tu.

## SABBATO.

Ex S. Pio Papâ Quinto.

ut supra.

278. Omnibus et singulis qui ad recitationem officii parvi Beatæ MARLE Virginis non tenentur, quoties istud sic de mandato nostro reformatum recitaverint, quinque dies... obligatos vero esse duntaxat indulgentias concedimus, quæ literis nostris super reformatione novi Breviarii editis designantur, et hujusmodi Beatæ MARLE Virginis Officium recitantes conceduntur. Tu.

DOM. IV. POST PASCH.

## Semiduplex.

Omnia ut in Dom. in Albis, p. 207.

## IN I. NOCT.

De Cantico carnicorum.

## LECTIO 1.

c. 6. v. 6. Averte oculos tuos à me, quia ipsi me involare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut grex ovium, quæ ascenderunt de lavacro omnes gemellis foetibus, et sterilis non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic gena

tuæ absque oculis tuis. Tu. §. Surge. p. 196.

## LECTIO 2.

Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinae, et adolescentularum non est numerus. Unica est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitricis suæ. Viderunt eam filiae et beatissimam prædicaverunt: reginæ et concubinae laudaverunt eam. Quæ est ista, quæ progreditur; quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Tu. §. Revertere. p. 196.

## LECTIO 3.

Descendi in hortum meum, ut viderem poma convallium, et respirerem, si floruisse vinea, et germinassent mala punice. Nescivi: anima mea conturbata est propter quadrigas Aminadab. Revertere, revertere, Sulamitis: revertere, revertere, ut inteamur te. Tu. §. Surgam. p. 196.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Petri Damiani Ep.

In Assumpt. B. V. M. LECT. 4. Natâ Virgine, surrexit aurora, quia MARIA prævia veri luminis nativitate suâ manè clarissimum serenavit. Nam sicut aurora terminum noctis, diem principium adesse testatur, sic et Virgo noctem expulsi septemernam, et diem de terrâ suæ virginitalis exortum terris infudit. Progreditur quasi procul et de ultimis finibus præfium eius: consurgens, quia de cadente supersurgens materiâ. Tu. §. Veni de. p. 196.

## LECTIO 5.

Pulchra ut luna. Quid lunâ pulchrius, cum stellis coruscantibus in signifero limite reliquorum syderum splendorem excedit? Sic et Virgo inter animas sanctorum et

angelorum choros supereminens, et evecta merita singulorum, et omnium titulos antecedit. Quantumbet alia stella reluceant, luna tamen, et magnitudinem præminet, et splendorem. Sic utramque naturam Virgo singularis exuperat, et immensitate gratiæ, et fulgore virtutum. Tu. *ñ.* Descendi. *p.* 196.

## LECTIO 6.

Electa ut sol. Hanc attende similitudinem, quæ nulla in rebus mundi potest esse sublimior. Nihil enim habuit Spiritus in visibilibus creaturis excellentius, cui excellentiam Virginis compararet. Electa, inquit, sed præelecta: ut sol, quia sicut sol solus orbem illuminat, sic hæc sola solidiori lumine et angelos, et homines illustrat. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Terribilis demonibus, ordinata virtutibus: singularis timor malignorum spirituum: specialis amor beatorum civium. Tu. *ñ.* Pulcra. *p.* 196.

## IN III. NOCT.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

## LECTIO 7. c. 13. v. 44.

In illo tempore: dixit JESUS Discipulis suis: Simile est regnum colorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Honilia S. Bonaventuræ Ep.

*In Specul. B. V. M. c. 7.*

Ager iste est MARIA, in qua thesaurus angelorum, immo totus Dei Patris Filius absconditus est. Felix qui vendit omnia que habet, et emit agrum istum. Hujus agri pleni plenus odor est plena MARLE fama, plenus odor. De hoc Beatus Hieronymus ait: quia multis erat repleta virtutum odoribus, manans ex eâ fragrabat suavissimis odor

Spiritus angelicis. Tu. *ñ.* Flores. *p.* 196.

## LECTIO 8.

De isto odore ipsa sancta gloriano dicere potest illud Ecclesiasticæ: sicut cinnamomum et balsamum amaritatis odorem dedi. Odor MARLE sicut cinnamomum exterius, in cortice conversationis: sicut balsamum interius in unctione devotionis: sicut myrrha in amaritudine castigationis. Tu. *ñ.* Indica. *p.* 196.

## LECTIO 9.

Fuit quoque odor MARLE sicut cinnamomum in actione, sicut balsamum in contemplatione: sicut myrrha in passione. O verè dives, et nimis dives! Que præter alia aromata, tam plena fuit odorifero Spiritus Sancti balsamo, ut benè de illo beatus Bernardus dicat: pretiosum illud balsamum tantâ tibi copiâ, tantâque plenitudine induit, ut copiosissimè effluat circumquaque Tu. Te Matrem.

*Abenedict. ant.* Ecce odor Filie Dei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Deus, allel allel.

Oremus.

*Oratio.*

Beate et gloriosæ semperque Virginis MARLEnos, Domine, quæsumus, merita consequantur, ut tuam nobis semper indulgentiam, dum pro peccatis nostris affligimur, implorent. Per Dominum.

## CANON.

Ex Breviario Romano.

*Rubricæ gener. 12. n. 5.*

279. In festis Beate MARLE (omissis iis, quæ propria in illis habentur) hymni, novem Psalmi, et alia quedam requirenda, sunt ex communi ejus officii parvo, circa finem Breviarii. Tu.

*Ad Magnific. ant.* Revertere, \* revertere, ut intueamur te. Allel. allel.

## CANONES.

*Infra Hebdom. 4. post Pasch.*

## FERIA II.

Ex Breviario Romano.

*Rubric. gener. 37. n. 2.*

280. Tempore Paschali in Officio parvo Beate MARLE, quod dicitur in choro, non additur alleluia antiphonis, neque versibus, neque responsoriis. Tu.

## FERIA III.

Ex Breviario Romano.

*Rubr. de officio parvo.*

281. Officium parvum Beate MARLE non dicitur, quando fit Officium novem Lectionum, nec in Sabatis, quando fit Officium de Sanctâ MARIA. Quibus diebus omittitur à primis Vesperis. Tu.

## FERIA IV.

Ex Breviario Romano.

*Ut supra.*

282. Cum «Officium parvum» dicitur in choro, in Matutinis et in Vesperis præponitur officii diei, in aliis Horis præponitur. Prima dicitur post «Benedicamus Domino», antequam legatur Martyrologium. Extra chorum dicitur pro temporis opportunitate. Tu.

## FERIA V.

Ex Concilio Mediolanensi Quarto. *An. 1576.—Conc. Tom. 36. p. 361.*

283. Quibus in Ecclesiis divinum canonicarum Horarum Officium de Beatâ MARIA Virgine recitari aut solet, aut debet, earum Clerus universus illud in choro præsens pariter recitet, atque Officium quod de Domino dicitur: id vero ita, ut singulas Horas canonicas unius officii cum singulis alterius, ex Breviarii Romani præscripto, ordine conjungat. Tu.

## FERIA VI.

Ex Concilio Aquileiensi.

*An. 1596.—Conc. Tom. 36. p. 825.*

284. Pensionarios serio monitos

esse volumus, eos ad Officium Beate MARLE Virginis quotidie recitandum teneri: præter peccatum mortale, quod committunt, si omiserint, restitutionis onere obstrictos declaramus. Tu.

## SABBATO.

Ex Decreto Sacri Rituum Congregationis.

28. *Mart. 1626. in Tornacens. Man. 412.*

285. Officium parvum Beate MARLE Virginis tempore paschali recitandum est prout in Breviario Romano. Tu.

## DOM. V. POST PASCH.

*Semiduplex.*

*Omnia ut in Dom. in Albis p. 207. IN I. NOCT.*

De Canticocantorum.

LECTIO 1. c. 7. v. 1.

Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calcæamentis, filia Principis? Inneturæ femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatis, nunquam indigenis poculis. Venter tuus sicut æceruus iurici vallatus liliis. Tu. *ñ.* Surge. *p.* 196.

LECTIO 2.

Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capree. Collum tuum sicut turris eburnæ. Oculi tui, sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in portâ filiae multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Caput tuum ut Carmelus: et comæ capitis tui, sicut purpura regis vincia canalibus. Tu. *ñ.* Revertere. *p.* 196.

LECTIO 3.

Quam pulcra es, et quam decora, carissima, in deliciis! Statura tua assimilita es palma; et ubera tua botris. Dixi: ascendam in palmam, et apprehendam fructus ejus: et erunt

ubera tua sicut botri vineae: et odor odoris tui sicut malorum. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminandum. Tu. *ps.* Surgam. p. 196

IN II. NOCT.

Serao S. Ambrosii Ep.

De institutione Virginum c. 14.

LECTIO 4.

Hanc imitamini, filiae, cui pulchrè convenit illud, quod de Ecclesià prophetatum est: speciosi facti sunt gressus tui in calcamentis, eo quod speciosè Ecclesia Evangelii prædicatione processit. In hoc calcamento speciosè processit MARIAM, quæ sine illà commixtione corporæ consuetudinis Auctorem salutis virgo generavit. Tu. *ps.* Veni de Libano. p. 196.

LECTIO 5.

Venter tuus sicut acervus tritici muniti inter lilia, eo quod continens sibi in omnibus Christi ortus ex Virgine, sicut victores solent secularium prætorum strannorum virorum donatis torquibus honorare cervices: ita jugum nostrum levavit, ut fidelium colla virtutis insignibus coronaret. Tu. *ps.* Descendi. p. 196.

LECTIO 6.

In quo Virginitas utero similis acervus tritici, et filii floris gratia germinabat, quoniam et granum tritici generabat et lilium. Ex illo ergo utero MARIE diffusus est in hunc mundum acervus tritici muniti inter lilia, quando natus est ex eà Christus, qui dicit Propheta David: Benedices coronam anni benignitatis tuæ, et campi tui replebunt ubertate. Tu. *ps.* Pulchra. p. 196.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 7. v. 17.

Dixit JESUS Discipulis suis: omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit. Et reliqua.

Homilia B. Alberti Magni Ep. In Bibliâ Marianâ.

Beata Virgo MARIAM est arbor bona quæ optimum fructum facit. Non potest arbor bona, id est, bona in naturâ, melior in gratiâ, sed optima in gloriâ, fructus malos arboris facere, quia è radice fructus pullulat: neque arbor mala, id est, Eva misera, fructus bonos facere, quia in amaritudine originalis culpæ concipimur, et nascimur. Tu. *ps.* Flores. p. 196.

LECTIO 8.

Item ipsa domus totius firmitatis, assimilabitur viro sapienti, id est, Christo, qui ædificavit domum suam, id est, MARIAM supra petram. Quam ob rem, ille non erit domus Dei, qui inconstantia facile permutatur. Et descendit pluvia, et venerunt flumina in passione filii prædilecti, et flaverunt venti, scilicet, vituperatores, et irrisores, dicentes: Vah, qui destruis templum Dei. Tu. *ps.* Indica mihi.

LECTIO 9.

Et irruerunt in illam domum, id est MARIAM. Unde ipsa dicere poterat ad Patrem illud Psalmistæ: omnes fluctus tui transierunt super me. Et non occidit per incredulitatem, et infidelitatem, sicut apostoli, sed stetit fortissima apud crucem, quia fundata erat supra firmam petram, id est, Christum. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Optima arbor Virgo optimos fructus semper fecit, alleluia, alleluia.

Oremus.

Oratio. Famulos tuos, quæsumus, Domine, corpore pariter ac mente

purifica, ut beatâ MARIAM semper Virgine intercedente, in tuâ deprecatione compuncti noxias delectationes vitare prævaleant. Per Dominum.

§. 2. In offic. in Sabbat.

CANON.

Ex Concilio Claramontano.

An. 1095. Concil. Tom. 26. p. 669.

286. Mandatum «est» omnibus christianis, ut diebus singulis Sabbati Officium Beatæ Virginis recitarent. Tu.

Ad Magnific. ant. Quàm pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis, alleluia, allel.

FERIA II. IN ROGATION.

Si hodie, occurrat festum novem Lectionum fit de eo, cum commemoratione hujus Feriæ. Si verò occurrat festum trium lection. fit de feriâ, et lectio 3. erit de eo festo in commemoratione illius.

Omnia, ut in feriâ officio.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 2. v. 1.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galiliæ, et erat Mater JESU ibi. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

De gradibus humilitatis in fine.

Disce in Matre Domini magnam in mirabilibus fidem habere, in magnâ fide verecundiam retinere. Disce verecundiam decorare fidem, reprimerè presumptionem. Vinum, inquit, non habent. Quàm breviter, quàm reverenter, undè pia fuit sollicita. Tu. *ps.* Surge. p. 196.

LECTIO 2.

Et ut discas in hujusmodi magis piè genere, quàm petere præsumptuosè, pietatis æstium pudoris temperans umbrâ, concepam precis fiduciam verecundè suppressit. Non frontosè accepit, non palâm

locuta est, ut auctacè coram omnibus diceret: obsecro, filii, deficit vinum, contristantur convivæ, confunditur sponsus, ostende quid possis. Tu. *ps.* Revertere. p. 196.

LECTIO 3.

Sed licet hæc, aut multa plura pectus æstians, fervens loqueretur affectus: privatim tamen potentem piâ Filium Mater adiit, non potentiam tentans, sed voluntatem explorans. Vinum, inquit, non habent. Quid modestius? Quid fidelius? Non deficit pietatis fides, voci gravitatis, efficacia voto. Tu. *ps.* Surgam.

Hæc nocte non dicitur cantic. Te Matrem. In duobus verò sequentibus feriis dicitur.

Ad Benei. ant. Petite per MARIAM, et accipietis; quærite per MARIAM, et invenietis: pulsate per MARIAM, et aperietur vobis, alleluia, allel.

Oremus. Oratio.

Præsta, quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostrâ de tuâ pietate confidimus, Sanctissimæ Genitricis Filii tui intercessione contra adversa omnia tuâ semper protectione muniamur. Per eundem Dominum.

Hoc triduo dicuntur Litanie post Laudes, prout posite sunt in fine Breviarî, gemibus flexis.

CANON.

Ex Breviario Romano.

Rubric. gen. 8. n. 1.

287. In omnibus Sabbatis per annum extra adventum et quadragesimam, aut nisi quatuor tempora aut vigiliæ occurrant, vel nisi fieri debeat de Feriâ,.... semper fit officium de Sanctâ MARIA, eo modo quo fit de festo simplici. Tu.

Ad Horas omnia ut in Psalterio, et etiam Vesperæ, nisi occurrat festum novem Lection. cum oratione

de Dominic. precedenti. Si verò sequatur festum simplex à capit. fit de eo.

Ad Magnif. ant. Vinum non habent: Quid mihi et tibi, mulier? allel. allel.

## FERIA III. IN ROGATION.

Omnia ut in feriati officio: Lectiones de Feriâ occurrente. Oratio Dominicæ precedentis.

## CANON.

Ex Paulo Papâ Quinto.

Const. Eximia. an. 1606.—Bull. B. Tom. V. p. 4. p. 256.

288. Religiosis Ordinis Servorum Beate MARLE Virginis ut diebus Sabbati..... non impeditis, et exceptis Sabbatis adventus et Quadragesimæ, Officium solemne cum novem Lectionibus de Beatisimâ Virgine agere, et illud agendo divini officii obligationi satisfacere..... concedimus. Tu.

## FERIA IV. IN ROGATIONIB.

## VIGILIA

## ASCENSIONIS DOMINI.

Si hodie occurrat festum nov. Lection. fit de eo cum nona Lect. de sequenti Homiliâ. Si verò fuerit trium Lection. Officium fit de Vigiliâ, et tertia Lect. erit de eo festo. Quod in aliis vigiliis observatur, nisi aliter notetur.

Omnia ut in feriati officio.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 19. v. 25.

In illo tempore: stabant juxta crucem JESU Mater ejus, et soror Martris ejus, Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi. Apud Theophil. Raynaud. in Dyplich. marian. p. 1. pag. 9.

Conversus ad Matrem Dominus dixit: Pax tibi, ô Mater. Ne contriste-

ris quia ascendo ad Patrem meum. Non te relinquam, quæ splendor es, ac fenestra mundi. Non te relinquam habitaculum meum omni fuco, ac dolo carens. Non te relinquam, templum meum sanctum. Non te relinquam, quæ fidelis inventa es per universum mundum. Tu. ꝑ. Flores. p. 196.

## LECTIO 2.

Non te relinquam arcam meam sanctam, et indissolubilem. Non te relinquam, Mater mea virgo. Cum ergo quando emigratura es de hoc corpore, non angelum, neque archangelum missurus sum, sed ego ipse veniam, tuamque animam sole splendidiorem excipiam. Noli ergo contristari, Virgo Mater mea, quia ascendo ad Patrem meum. Tu. ꝑ. Indica mihi. p. 196.

## LECTIO 3.

Noli ergo contristari, loco enim meo habes Joannem Virginem. Nonne quando crucem ascendi, te illi commendavi, dicens Joanni: ecce Mater tua: Tibique dixi: ô mulier, ecce Filius tuus? Et nunc vice meâ, ipse ad pacem tibi erit, ô Mater mea Virgo. Nihil pertimescas, nam ego tecum sum. Tu.

Te Matrem. p. 5.

Ad Benedict. ant. Dixit JESUS \* Matrî suæ: Mulier, ecce Filius tuus. Deinde dicit Discipulo; ecce Mater tua, allel. allel.

## Oratio.

Praesta, quasumus, Omnipotens Deus, ut, qui Ascensionem Filii tui ad cælos devotè prævenimus, de eâ cum Sanctissimâ ejus genitrice gaudere valeamus. Per eundem Dominum.

## CANON.

Ex Sac. Rituum Congregationis Decreto.

1. Mart. 1681. Canonico. Regul. Later. Tal. 524.

289. Officium Conceptionis Beate MARLE Virginis concessum in Sabbato non impedito ab Officio novem Lectionum vel occurrente, vel translato, non est celebrandum in adventu, Quadragesimâ, Quatuor temporibus, et in Vigiliis. Tu.

## IN

## ASCENSIONE

## DOMINI.

Duplex 1. Class. Cum Octava.

## IN I. VESPER.

Ant. 1. Adhuc medicum vobiscum sum: expedit, ut ego vadam, alleluia. Psalmi de Solemnitat.

2. Quo ego vado, Mater mea, non potes me modo sequi: sequeris autem postea, allel.

3. Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum, allel.

4. Ne permittas, Fili mi, me separari à te: fiat tamen voluntas tua, allel.

5. Non turbetur cor vestrum, neque formidet, quia vado parare vobis locum, allel.

## CAPITULUM. Joan. 16. 7.

Ego veritatem dico vobis: expedit vobis, ut ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.

ꝑ. Viri Galilæe, quid statis hic aspicientes in cælum? Ascendit Christus in altum; alleluia, volavit super pennas ventorum alleluia, et sedet à dextris Dei, alleluia, alleluia.

ꝑ. Hic JESUS, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.—Ascendit.—Gloria.—Viri.

## HYMNUS 57. Breb. Bisunt.

Opus perigisti tuum:  
Te, Criste, victorem necis  
Eterna, quam relinqueras,

Cælo reposcit gloria.

Jam nube vectus fulgidâ,  
Terras jacentes despicias:  
Educa longo carcere  
Regem sequuntur agmina.

Mirante turmâ cælitum,  
Panduntur æternæ fores,  
Ovansque sublimem Patris,  
Homô Deus, scandis thronum.

Quo, Christe, procedis caput,  
Huc integrum corpus vocas:  
Vestigis tritam tuis,  
Fæc membra sectentur viam.

JESU, tibi sit gloria,  
Qui victor in cælum redis,  
Cum Patre et alio Spiritu.  
In sempiterna sæcula. Amen.

Hæc Doxologia dicitur per totam octav.

ꝑ. Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, alleluia. ꝑ. ad Deum meum, et Deum vestrum alleluia.

Ad Magnif. ant. Si abiero, Mater mea, et præparavero tibi locum, iterum veniam et accipiam te ad me ipsum, ut tibi sum ego, et tu sis, alleluia, alleluia. Orat. de Laudibus.

Completor. de Dominicâ.

## AD MATUTIN.

Invitator. JESUM Virginis MARLE Filium ascendentem in cælum: Venite, adoremus, alleluia, alleluia.

## HYMNUS 58. Sala.

Orco subacto, cælica  
Ad regna, queis descenderat  
Terras in imas, dum redit  
Dei et MARLE Filius.

Matris duplex dilectio  
In corde certat Virginis;  
Ejus quâ amat presentiam,  
Ejus quâ anhelat gloriam.

Hæc mansionem flagitat;  
Istæ recessum præcipit;  
Cælestis ejus deniquè

Vincit triumphi charitas.

Procedat ergo proliquis  
Ut hic, Parens Sanctissima  
Damna illiusce absentiae  
Libente sponte suscipit.

Quis ergo Matris annulus,  
Natiq; verus assecla  
Christi in decorem respuat  
Privis recidi gaudis?

Caeli triumphans atria  
Qui, Matre laeta, transmeas,  
Cum Patre et almo Spiritu  
Laudere, Christe, in saecula.  
Amen.

## IN I. NOCT.

Ant. 1. Decorem induit \* hodie  
Filius tuus, Virgo MARIA, ami-  
ctus lumine, sicut vestimento, allel.

Psalmi de Dominica. p. 2.

2. Nimis exaltatus est, \* allel.,  
super omnes Deos, allel.

3. Posuit nubem \* ascensum  
suum, et ambulat super pennas  
ventorum, allel.

†. Ascendit Deus in jubilatione,  
allel.

‡. Et Dominus in voce tubae,  
allel.

## De Actibus apostolorum.

## LECTIO 1. c. 1. v. 6.

Igitur qui convenerat, interroga-  
bant eum dicentes: Domine, si in  
tempore hoc restitues regnum  
Israel? Dixit autem eis: non est  
vestrum nosse tempora, vel mo-  
menta, quae Pater posuit in sua  
potestate: sed accipietis virtutem  
supervenientis Spiritus Sancti in  
vos, et eritis mihi testes in Jeru-  
salem, et in omni Iudaea, et Sama-  
ria, et usque ad ultimum terrae.  
Tu.

‡. Quis est iste qui venit de  
Edom tinctis vestibus de Bosra?  
\* Iste formosus in stola sua, gra-  
diens in multitudine fortitudinis  
suae, allel. allel. †. Attolite portas,

principes, vestras, et elevamini por-  
tae aeternales.—Iste.

## LECTIO 2.

Et cum haec dixisset, videntibus  
illis, elevatus est, et nubes sus-  
cepit eum ab oculis eorum. Cum-  
que intueretur in caelum eun-  
tem illum, ecce duo viri asisterunt  
juxta illos in vestibus albis, qui  
et dixerunt: viri Galilaei, quid  
statis aspicientes in caelum? Hic  
JESUS, qui assumptus est a vo-  
bis in caelum, sic veniet, quemad-  
modum vidistis eum euntem in  
caelum. Tu.

‡. Revertere, revertere, Dile-  
cte mi, revertere, revertere, ut in-  
tecur te: \* Mane nobiscum, ne  
derelinquas nos, allel, allel. †.  
Non abscondas à nobis faciem tuam,  
quia facies tua decora nimis.—  
Mane.

## LECTIO 3.

Tunc reversi sunt Jerosolymam  
à monte qui vocatur Oliveti, qui  
est juxta Jerusalem, Sabbati ha-  
bentes iter. Et cum introissent in  
cenaculum, ascenderunt, ubi ma-  
nebant Petrus et Joannes, Jacobus  
et Andreas, Philippus et Thoma-  
sus, Bartholomaeus et Matthaeus,  
Jacobus Alphaei, et Simon Zelo-  
tes, et Judas Jacobi. Hi omnes  
erant perseverantes manumittere  
in oratione cum mulieribus, et MA-  
RIA Matre JESU, et fratribus eius.  
Tu.

‡. Quò abiit dilectus tuus, ò  
pulcherrima mulierum? Quò di-  
lectus tuus declinavit? \* Ascendit  
super Cherubim et volavit, vola-  
vit super pennas ventorum, allel.  
allel. †. Elevata est magnificen-  
tia sua super caelos.—Ascendit.  
—Gloria.—Quò abiit. *Infra oc-  
tavam.* Ascendit.

## IN II. NOCT.

Ant. 1. Post te \* curremus in

odorem unguentorum tuorum, allel.  
2. Ascendens Christus \* in al-  
tum captivum secum duxit cor  
Virginis immaculatum, allel.

3. Cumque intueretur \* in ce-  
lum euntem Filium, nubes suscep-  
it eum, allel.

†. Dominus in caelo, alleluia.

‡. Paravit sedem suam, allel.

Sermo S. Thomae Arch. Valentini.

*Concion. 4. in Ascens. Dom.*

## LECTIO 4.

Postquam igitur Dominus consum-  
mavit opus nostrae redemptionis,  
et suam Resurrectionem multis ar-  
gumentis probavit, perfectis om-  
nibus, quae ei Pater imperaverat,  
parat reditum ad Patrem. Et cum  
sepius apparuisset discipulis nu-  
vissimè recumbentibus illis appar-  
uit: praecipit illis, à Jerosyli-  
mis ne discederent, sed expecta-  
rent promissionem Patris, quoadus-  
que induerentur virtute ex alto.  
His ergo completis, scit bonus  
Pastor, gregem suum et pecu-  
nium, ait Evangelista, eduxit eos  
foras in Bethaniam. Tu.

‡. Confilebunt celi mirabilia  
tua, Domine: \* Tu super caeli, et  
tua est terra, orbem terrae, et ple-  
nitudinem ejus tu fundasti, alleluia,  
alleluia. †. Firmet manus tua,  
et exalteur dextera tua, quoniam  
quis in nubibus aequabitur Domi-  
no.—Tu.

## LECTIO 5.

Cum igitur vellet levari, sigillatim  
quilibet apostolus osculatur manus,  
et Dominus amplexatus est illos.  
O quomodo ille senex venerabilis  
Petrus, quomodo totus plenus la-  
crymis adheret vestigis Redempto-  
ris! Quomodo dilectus ille Disci-  
pulus Joannes osculatur pedes Do-  
mini sui! Novissima verò et ultima  
venit Virgo Mater et Filium ample-

xatur. Et ipsa vellet intra brachia  
Unigeniti sui evolare cum illo ad  
caelum. O quanta laetitia! O quan-  
tum gaudium permixtum lacrymis!  
O quanta devotio! Quid dixisti,  
Domine recedens, Matri tuae? O  
Evangelistae, quare tacuisti? Mul-  
tum desideramus noscne scire illud  
ultimum vale. Tu.

‡. Gloriosus apparuisti in consp-  
ectu Domini: \* Propterea decorem  
induit te Dominus, alleluia, allel.  
†. Quoniam apud te est fons vitae,  
et in lumine tuo videbimus lumen.  
—Propterea.

## LECTIO 6.

Potuit interim sequentia forte di-  
cere roganti Matri, ut secum illam  
portaret. Necessaria est, ò Mater  
mea, vestra praesentia adhuc in  
terris: consolaberis familiam istam  
in hoc mundo. Ego autem semper  
futurus in vestro corde, qui fidi-  
vem mensibus in vestro sacratissi-  
mo utero: et licet recedam, non  
recedo. Ista particula, quam de  
vobis sumpsi, modò collocabitur in  
cubis, et ego parabo vobis sedem  
in latere meo. Et dicitis istis, ele-  
vatis manibus suis, benedixit eis.  
Tu.

‡. Paulò minùs ab angelis mi-  
noratus, \* Gloria et honore coro-  
natus est, et constitutus super opera  
manum Dei, allel. allel.

†. Speciosus formà prae filiis ho-  
minum, Filius tuus, Virgo MARIA.  
—Gloria et—Glor. Patri.—Paulò.  
*Indieb. infra Octav. Glor. et.*

## IN II. NOCT.

Ant. 1. Omnis pulchritudo tua,  
\* Fili mi, exaltata est hodiè super  
sidera, allel.

2. Species ejus \* in nubibus cae-  
li, et nomen ejus in aeternum per-  
manet, allel.

3. Exultavit, \* ut gigas ad cur-